

Ann. V.

Num. XX.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

BIS IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 10;
ubique extra Italiam Lib. 15; M. 12; Sch. 12; Doll. 3; Rubl. 6; Flor. 7½.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in extremis commentarii paginis
Lib. 0.50 pro unoquoque centimetro quadrato

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF

IN ANGLIA

Apud BURNS AND OATES

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS
AMERICAE SEPTEMTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost. et S. Rituum Congr. Typogr.

LONDON W.
28, Orchard Street.

NEW YORK

52, Barclay Street.

CINCINNATI

436, Main Street.

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sedis. Apost. et S. Rituum Congr.

Typogr.

RATISBONAE in BAVARIA

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

RERUM INDEX

- | | |
|---|-------------------|
| DE ARTIUM SODALICIIS INEUNTE SAECULO XX | Ioseph. Toniolo. |
| DE MULIERUM ERUDITIONE, QUAE OLIM, APUD ROMANOS | H.D.V. Pieralice. |
| DE « SYMBOLISMO » | Senior. |
| SESSORIANA BASILICA ET AMPHITHEATRUM CASTRENSE | G. P. |
| HORAE SUBSECIVAE | E. de Azevedo. |
| EX GERMANIA. De puerilis artis ostentu | R. W. |
| VITA FUNCTI VIRI CLARIORES | I. F. |
| FABULAE SELECTAE FONTANII A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE | Fr. Xav. Reuss. |
| HUNGARORUM FABULAE POPULARES | I. Antonelli. |
| ARABES QUINAM ET QUANDO? | D. Lascaris. |
| ANNALES | Propoplicola. |
| PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS | Scriba. |
| AENIGMATA | Fr. Palata. |

In secunda operculi pagina:

PROSPECTUS NOVÆ SUBNOTATIONIS COMM. VOX URBIS A KAL. IULII
AD EXPLETUM ANNUM MCMII.

In tertia operculi pagina:

VARIA: Precariae stellae, temporanea sidera . - Ioci P. d. V.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

M CMII

AD MAGIS MAGISQUE

"VOX URBIS,, COMMENTARII PROPAGATIONEM AUGENDAM

NOVA INDICTA EST SUBNOTATIO

A KALENDIS IULII USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII

(NUM. XIII-XXIV).

— · —
UT ACCEDERE OMNES POSSINT

SUBNOTATIONIS PRETUM CONSTITUTUM EST:

Libel. **2,50**; Mar. **2**; Sch. **2**; Rubl. **1**; Cor. **2 $\frac{1}{2}$** .

Qui insolita, gratuita paene, huius consociationis ratione frui volunt, nulla interposita mora, *nomen suum cum pretio recto tramitemmittant ad*

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM

COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,

ROMAM, via Alessandrina 87.

PR
In Italia: 1
Lib. 15, M. 1

DE ARTIUM SODA

I
NEUNTE vigesim
dissolventibus
gnat, quadragies
dinumerare possur
in fodinis labori
Americamque omn
etunt, sodalicio i
invicem. Haud sta
lex; heic enim vi
rariorum partes ag
divisi opifées, ali
Mentes enim et co
aut ad pugnandum
aut ad obistendum
ampliorem libertate
ad novam condenda
randam communitat
vitae ratione innova
perfecta, et ita tutu
suam, ut nulli phi
gendum plebis qua
coetus surrexisse, at
coaluisse ubique, s

Nova igitur via
nus tramitibus dev
luti quandam, ferre
catoresque ab optim
priam civitatem ea
a mercatoribus, cui
opifées fuere, famu
pere conantur, sequ
iuribus in humanata
stituere.

Res in aperto est
dominus agrorum cu
atque operarios me
cietate, extra agros
et opifées iam clas
moliantur student,
ras, sed alteram ab
ita vero fato creatas
ad commune humanata
conveniant et trans
sua sibi collegia ac
ram et vim et digni

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 10 — Ubique extra italicam:
Lib. 15, M. 12, Sch. 12, Doll. 3, Rubl. 6, Flor. 7 1/2.

BIS IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE - Via Alessandrina, 87.

DE ARTIUM SODALICIIS INEUNTE SAECULO XX.

INEUNTE vigesimo saeculo, quod omnino cum dissolventibus saeculi XIX dilueulis pugnat, quadragies iam centena millia opificum dinumerare possumus, qui in agris, in officiis, in fodinis labori vacant, quique per Europam Americamque omnem commoventur, brachia nectunt, sodalicio iure sese rursus innungit ad invicem. Haud statuta adhuc una consociationis lex; heic enim vix constituti legati, qui operariorum partes agant, illie iuxta artes varias divisi opifices, alibi iuxta regiones gentium. Mentes enim et consilia in varia contendunt: aut ad pugnandum in commerciorum negociosis, aut ad obsistendum dominorum iuribus, aut ad ampliorem libertatem capessendam, aut denique ad novam condendam rempublicam, sive instaurandam communitatem ipsam tum religione, tum vitae ratione innovata. Omnia itaque ubique imperfecta, et ita tuto pede ad metam properantia suam, ut nulli philosopho iam sit de re ambigendum plebis quartum ordinem in honestiores coetus surrexisse, atque sodalicii iure suffultum coaluisse ubique, suasque auxisse vires.

Nova igitur via futurae proli a notis haec tenus tramitis devia omnino panditur; ac veluti quondam, ferrea media aetate, equites mercatoresque ab optimatibus defecere, ut sibi propriam civitatem captarent, ita nostris diebus a mercatoribus, cuius haec tenus in famulatum opifices fuere, famuli omnes laboriose sese eripere conantur, seque propriis officiis propriisque iuribus in humanae vitae societate plane constituere.

Res in aperto est: quamvis enim oeconomice dominus agrorum cultum et opicia regat adhuc, atque operarios mercede conducat, in civili societate, extra agros et officinam, foeneratores et opifices iam classes duas moliuntur, vel ut moliantur student, easque non solutas ac liberas, sed alteram ab altera legibus suis utentem; ita vero fato creatas ut iam inde ab hoc tempore ad commune humani generis bonum inter sese convenient et transigant. Sic operariorum ordo sua sibi collegia ac sodalicia efformans natu ram et vim et dignitatem singularis civilis or-

dinis adquirit; inde loqui de eius « genesi » possumus, quasi de nostra aetatis provida lege.

Omnia enim adiungunt, omnia convenient ut artium haec sodalicia formentur: tum plebis voluntaria desideria, cum patrum leges; tum bonorum incitata sitis, cum singulorum virtus; tum ipsae tribunorum cupiditates, cum iustitiae et caritatis vota. Ad ea constituenda iam undique veniunt opifices; et ex infimae plebis anglicis conventibus ut dominicis iuribus contra obsistant congregatis, et ex Germanorum populo atque Helveticis, qui novos in eoceptus nexis manibus audent, et ab Italies, qui mutuo auxilio sibi cavent, aut factiosorum hominum sectam aliquam in re publica profitentur, a gallicis denique societatibus ad collectios quae stus institutas; veniunt, inquam, sive tribunis oboediant, sive Romani Pontificis verbis obsequuntur.

Ad rem suum conferunt lapidem tum innovatae inquisitiones de medii aevi sodaliciis, tum de opificum dissociatorum conditiones hodiernae, quae dinumerantur certa lege, tum innovandi reipublicae mores, qua in re, incerta licet saepe atque fallacia sint doctorum responsa, concordi tamen ore omnia huiusmodi immutatio nis urgentem iam necessitatem affirmant.

Neque satis; coalescens enim per artes populis, ut sibi eadem via caveant superiores ordines cogit, ita ut brevi videatur futurum ut homines omnes in suos ordines iterum distribuantur, atque radicitus librans ille « individualismus » evellatur, quod proculdubio maximum nostrorum temporum vitium in civili existit societate.

Quod si denique metas, quae tantum eventus durabiles daturae huic motui sint, inspiciamus, duae prorsus nobis collucent, « socialistica » quae appellatur civilis ratio, eodem semper nostri temporis errori innixa, quippe quae sodalicia componens ea libranti illi, quam diximus, formae inservit; et catholica, quae ut restituantur ac perficiantur christiani ordines suadet.

Iam inde futura humanitas pendet; neque inde est dubium quorsum ultima victoria pertineat.

JOSEPHUS TONILO.

DE MULIERUM ERUDITIONE, QUAE OLIM, APUD ROMANOS.

SINGULARI temporum congruentia quum in latino commentario hoc nostro, romanarum ad laudem mulierum, quomodo erudirentur, et circa quae antiquitus, edebantur (1), in commentario illo, *Atene e Roma*, qui italicice seribitur (2), tuenda suscipiebatur prorsus contraria sententia. Iuxta scriptorem nostrum cuiusvis doctrinae patebant artes romanis mulieribus, ac de priscis illis ea recitabantur, quae Cicero, quae Valerius Maximus, quae Sallustius, quae Iuvenalis, quae Plinius tradunt; ea deducebantur insuper, quae deducere necesse est, si plurima consideremus illa, quibus (Hieronymi verbis utar) quasi quibusdam stellis Romanae micant historiae. Nec id malo iure, aut syllogismis obtortis; nam cum in naufragio illo romanarum rerum ex barbarorum adventu, vix unum, ex decem partibus romanae sapientiae, monumentum supersit litteris traditum, idque plerumque ne integrum quidem, saepe optimum est ab effectibus notis ad ignorantiam, vel potius ignoratam causam ascendere, et a rebus obviis vel nunc ad ea, quae tunc obvia fuerunt, procedere; nil enim sub sole novum.

At iuxta scriptorem elucubrationis illius, contraria uti diximus, qua potest arte, adstruentis atque edocentis, unum tantummodo romanis feminis, romanis puellis erat,

assidua ducere pensa manu.

Praeter acum et fusum nihil; fortasse de coquendis obsoniis, de pane confiendo, de munitione domi, precibus rogatus, scriptor concederet aliquid, potius miseratione, quam ratione commotus, quum neque a scribis illius temporis rogatae, quae id referant, tabulae extant, nec historici id ferant. Proinde nullae litterae, artes nullae romanis matronis, puellisque erant concessae, quae si coloribus, interpungentes aeu si aureis filis, si purpureis et stolas, et tunicas, et pallas diserevissent, easu, non pictura proposita, non exemplo constituto illustri describabant.

Nec dicat quisquam me, novum lapidem, qui cumque est, G. P. collegae aedificio ferentem, haec ad excessum, studio irrisio nis, impingere; dum enim fusum et colum ille tantummodo in luctuget et actu, excludat cetera necesse est. — Vides igitur, lector, puellarum turbam in gynaecis foedissima torpentem inertia, in lectulis hic, illie somniulosam, toto die, totidemque noctibus stratum, non cantibus, non saltationibus indulgentem, exerceantemque gymnastico motu membra pulcherrima, quibus egregiae semper visae sunt

(1) Cfr. an. V, n. XIV.

(2) An. V, n. 42 (G. PITACCO, *Educazione femminile in Roma*).

ceterisque praestantes Romanae, vides diffuentes omnes desidia, ignavia, soecordia, oscitantes hiantesque rictu ob fastidium horarum inertium, penitusque haerentes otio, quod vitiorum omnium caput est, et fons, et origo, et pater.... Magnum si dederit in dormitionibus semisopitas interdum crepundia, nugas, atellanias fabellas, proeacia Fescennina cantantes....!

At quomodo ex huismodi matribus filios deducemus et filias principis populi, qui « possedit omnem terram in consilio et patientia », cuius domus Roma, Pyrrhi Macedonis aetate, quasi Olympus alter. cuius Senatus quasi Numinum concilium Cineae graeco, regis legato, visus est? Quomodo (velis, nolis)

Hae genuere viros, quibus obtinet itala tellus Imperium, regnumque Pater Romanus habebit? Fortes nascuntur fortibus, et bonis Est in iurencis, est in equis patrum Virtus: nec imbellem feroce Progenerant aquilae columbam

A quibus natandi equitandique per Tiberinas undas Cloelia, et quae cum illa heftrusei regis castra fugerunt, institutionem, praxim accepit?... Quam si etiam fuisse negaveris, non certe inficiaberis eius facinus a romanis scriptoribus prius illi aetati tributum fuisse, et antiquissimum simulaerum equestre in summa sacra via publice erectum. An dieas ideo memoratam rem, quia singularem, ideo nomen quia unicum? Sit; verum quod singulare in uno est, arguit etiam quod eiusdem generis, minori tamen coruscatione, commune sit pluribus. Sic notamus Giotum, Sanctum, Bonarrotum, et ceteros qui emicuerunt; at quia singulares notamus eos, inde inferendum iure quis poterit non fuisse, praeter hos memoratos, reliquos in Italia pietores?

Quodcumque ostendis mihi sic incredulus odi.

Quis Cloeliam eamdem docuit, ut, optione data a Porsena, magno consilio et prudentia summa pueros a conditione obsidum, potius quam adolescentes, erueret? Quis Veturiam eloquentia instituit?... Et si in quovis Romano minorem virum, in quavis matrefamilias feminam fortissimam pariter intueri, suspicari debemus; filii enim a patribus exempla et a cibis, at a matribus formantur animo, corde formantur, talesque sunt, quales educavit, nutritaque mater. Rem dico non abstrusam, non arduam, cuius quisque sibi testis est, qui matrem erudientem, docentem non sine lacrymis recordatur, etsi iam inde vita defunctam.

Ultima denique propugnacula adoriar, quae ita instruuntur: - Nescimus - dicitur - utrum, vel minime, fuerint publicae scholae ad institutionem mulierum in urbe. - Atqui omnia num illa, quae ignoras, non sunt?... Non fuerunt?... - Latini scriptores nihil de hisce tradiderunt. - Expresse quidem fateor non tradidisse; sed quaedam reliquerunt acta mulierum, quibus de hac institutione femininarum aliquid praesumeretur; quamquam rectius dicendum: non latini scriptores, sed illi tantummodo, (exigua pars!) quorum ad nos pervenerunt libri, rari nantes in gurgite rasto! Quomodo ergo affirmabimus haec non fuisse tradita ab iis, quos non legimus, non callemus?

Ultimum adversarii refugium, Plinius, qui narrat suum cuique patrem fuisse pro magistro;

si talis non esset, infortunio aliquo ablatus, consanguineus, maior natu, avunculus, avus magistri vicem gerebat; sic de feminis; igitur.... - O lector! qui negat decem, viginti scholas fuisse ad erudiendas puellas in urbe, nune sexcentas, millenas aperit et concedit, dum qualibet in domo romana magistros puellarum, adolescentularum exstisste fatetur!... Quid ultra quaeremus? Instituebantur!...

Et institutionis, doctrinae quodnam argumentum? Quaenam disciplinae? Illae scilicet, quae optimas matresfamilias decebant, quae apud Albaanos, apud Hetruseos, Volscos, Oscos, Samnitos, Campanos, Sieulos, Lucanos, Brutios omni cultu florentissimos, scientia omni egregie imbutos, artibus omnibus celeberrimos a scalpro ad acum, a pictura ad litteras, a calathis ad telas, a carmine ad musicam praedicabantur insignes, non mediocre deus exercebantibus affarentes. Quid autem apud Hetruseos matrona praeberet humanitate, cultu, luxu, divitiis, seculera recentia et antiqua testantur.

Sed ait Ovidius, quem pariter reddit adversarius:

Forsitan antiquae, Tatio sub rege, Sabinae Maluerant, quam se, rura paterna coli.

Optime. sodes; at animadverte dubitativum illud: « forsitan » longe esse aliud ac affirmativum « profecto »! Grave in aequivoce incurrit qui lupinos pro aureis existimat et praediebat. Et quidem adstruemus nobis Romanas nurus, et virginis, et matronas summo quoque mane surgentes et egredientes ab urbe, quae ducenta circiter hominum millia tune numerabat, festinantes ad passendos agnos et vitulos, colligentes ligna focis domesticis vespre comburenda, redeuntes sareinis talibus oneratas... Et quoniam haec accidissent in tempore? Nempe dum in ipso urbis initio proxima, dum finitima Hetruria, cuius limes Tibris, dum proxima cognataque Alba, dum centum circa Latii, Sabinaeque, Volscorumque oppida, urbes cultu florebant maximo, quem negare nemo poterit, nisi prius negare voluerit, quae a sepuleris tantarum gentium effossa sunt et quotidie effodiuntur! Atqui ubi cultus et humanitas, ibi et urbanitas, ibi et disciplinarum amor, et studium eruditio; quae omnia quisque si extra propriam domum colat, nec domi certe poterit spernere, nec de familia eiciere, tum quia feminea ambitio omnia captat, quae lucem, quae deus aliquod afferat, tum ne ingratam sibi faciat domesticam societatem. Stant igitur omnia, quae in nostro commentario constituebantur de institutione romanarum mulierum, gravissimorum testimonio virorum probata, et historiarum monumento suffulta, conelamante nobiscum Tullio: « Inveteratis iam litteris et disciplinis, Romuli aetatem venisse scimus ».

Praestat modo pauca insuper addere, quae lucem non exiguum, quemadmodum puto, argumento praebebunt; nam ego credo italicis scriptoris sententiam irrepsisse ex thesi, quae demonstranda erat, certis finibus non circumscripta.

Utrum Romani et legere et scribere noverint, dum initio sub regibus erant, dubitatum est (eredo quia seriba nullus tabulis publicis hoc tradiderit accidisse); bono Romanis alite, Momensis hanc quaestionem sua auctoritate direxit, deusque hoc Romanis adscripsit, quod no-

bis iam inde suadebant leges regiae, quarum et Cicero et Livius, et sexenti, proximi regibus, fecere mentionem; suadebant Collegia Pontificum; suadebant XII tabulae; suadebant aedificia, templi, domus Romae ab exordio excita; suadebant tabulae census, foedera cum viciniis et longinquis percussa, necessaria quotidiana in tanta urbe negotia, quae omnia sine scriptura et lectione esse non possunt. Sed contra obiectum: - Nonne Romani, divites praesertim, liberos in Hetruriam ad litterarum disciplinas mittebant? Romulus ipse Gabii non dicebat? - Profecto: at num quia nos mittimus tot adolescentes hue, illue, ut ibi diligentius excolantur, recte inferremur nos ignari et legendi et scribendi?... Num quia externe nationes Roman, in Italiam adolescentes, viros mittunt, ut in architectura, in sculptura, in pictura perficiantur, omnes hae ingenuis artibus carent, carent scholis, academiis, museis? Aplicia, et fac sermonem. Erant Romae ludi, ad hoc a maioribus nostris instituti, ut liberi eorum ibi disserant, quae urbi utilia videbantur, non otiosa, non vana, non linguis, sed recta, sed iusta, sed fortissimo populo idonea, cui fatum erat regere imperio gentes, subiectis parcere, debellare superbos.

Additur: - Lex Oppia.... - Sed lex Oppia ad coeruleum feminarum luxum immodicum, sieuti Censura fluxos in mores civium, rogata est; non ad auferendam institutionem, qua a matribus, a consanguineis puellae imbuebantur, qua tot mulieres fortissimae creverunt. Ridiculum porro est luxum gemmarum cum eruditione confundere. Hoe ex principio aurificum officinae dicendae erunt disciplinarum emporia, sedes, cathedrae, scholae.

Obstitere Oppiis legibus romanae mulieres, et ipsa Catonis eloquentia, rigidiora semper tacentis, subversa est, lex abrogata! Magnane ergo, o sodes, et Catoniano sermone praestans fuit eloquentia mulierum? Vides per quae dumeta te implices. Hinc rectius dicemus mulieres romanis a puellaribus annis domi excoli, institui; non fuisse tunc gymnasia publica, athenaea, ad quae itarent eruditurae; sed privatas fuisse scholas, ubi instituerentur prout rapiebat indoles; caput autem institutionis id esse, ut unaquaque praesertim optima matrifamilias evaderet, gravis matrona, argumentosa, casta, domissa; cetera ad ornatum aetatis et ad domi delicium, si libuisset, compararet. Quo factum est, ut quingentos et quindecim circa per annos coniugium nullum divortio vulneratum fuerit, nullum fuerit repudium. Valegium Maximum legas. Illa institutione superveniente, de qua auctor agit, luxus non femineo cultui, qui iam erat, non eruditio, sed vitiis patet. Atque hic nova illius hallucinatio, qui institutionem et scientiam id praedicat, quod corruptio morum, et pernicies civitatum semper erit.

Est ergo in factis quod Romanae convenienti institutione omnino non caruerint, vel ab antiquis temporibus; quod in iis excultas sese praestiterint, a iurisprudentia ad poesim, a choreis ad musicam; quod infra propriam conditionem, et magna cum laude, umquam, ob institutionem susceptam, nec liberis, nec viris, nec sibi, nec

republicae um Fulviam usque, sequio memoran

DE "S"

Superiore numeri quirenti symboli circa vestimenta duuntur. Quae nisi maximae similitudinem avertunt, tem in falsa ad non color unus, res sit rebus, et div manis, humana distinctionis et symboli

Rem integrum, ferunt, brevissimum more solito, quam ad eruditiois os praeepta, deduce

Per « cataenum tim, itantibus, et rum christianorum caelata serutantibus ocurrunt; proprio apertiora modo diversis aeratione percellunt credere et suspicere, quae conspicuntur. At in interpretatione plerumque

Desinit in pise

Interpretationi simili interpretantur, rostorum terendum ad admittendam quibus universa significativa agmen repugnat; instar, qui per saltum non amplius inventum limam semet convergentium, scalptum, immemores enim imagines arbitrio centis et praecipientis rerum expositione deat necessum est; pectora quaedam sunt, qua indocti docti diantr. Quod quidem, ubi de symbolo sed haedum reportantur, altissimum reportantur, diae mysterium, et ritatis. Haud quidem perspiciemus.

Etsi unus est Dotate aequales ac discolorum ita unaquaque reliquis, sibi vindicatur, ut sine haeresi gra

(1) Cfr. num. XVIII.

es regiae, quarum
centi, proximiores
suadebant Collegia
abulæ; suadebant
æ ab exordio exci-
sus, foedera cum
a, necessaria quo-
a, quæ omnia sine
possunt. Sed con-
ni, divites praeser-
l litterarum disci-
pse Gabii non di-
uia nos mittimus
ut ibi diligentius
nos ignari et le-
quæ exterae natio-
scentes, viros mit-
sulptura, in pictura
quis artibus carent,
useis? Applica, et
Indi, ad hoc a ma-
eri eorum ibi dis-
cantur, non otiosa,
recta, sed iusta,
a, cui fatum erat
etis parcere, debel-

— Sed lex Oppia
luxum immodicum,
res civium, rogata
stitutionem, qua a
ellæ imbuebantur,
creverunt. Ridicu-
rum cum eruditione
io aurifacum offici-
narum emporia, se-

romanae mulieres,
rigidiora semper
brogata! Magnane
sermone praestan-
n? Vides per quae
etius dicemus mu-
is annis domi ex-
ine gymnasia pu-
ent eruditæ; sed
instituerentur prout
em institutionis id
tim optima mater-
natrona, argumen-
ra ad ornatum ae-
i libuisse, compa-
rentes et quindecim
ullum divortio vul-
t repudium. Vale-
institutione super-
luxus non femineo
ditioni, sed vitiis
eipublieae praepa-
hallucinatio, qui
praedicat, quod
civitatum sem-

mnae convenienti
erint, vel ab anti-
xultas sese praec-
poesim, a choreis
iam conditionem,
ob institutionem
ris, nec sibi, nec

republicæ umquam defuerint, a Sabinis ad Fulviam usque, religione nobis maxima et obsequio memorandæ.

H. DE VECCHI PIERALICE.

DE "SYMBOLISMO",⁽¹⁾

IV.

Superiore numero scripsimus maximam in-
quirenti symbolica sollicitudinem esse debere
circa vestimenta, quibus symbolicae figuræ in-
duuntur. Quæ sollicitudo, cura, consideratio,
nisi maxima sint, a recta interpretatione saepe
videntem avertunt, et indicantem et explican-
tem in falsa adiungunt; quo fit ut non vultus,
non color unus, non caput idem semper iisdem
sit rebus, et divina misceantur interdum hu-
manis, humana divinis; ac proinde ipsa interpre-
tationis et symbolismi fides labatur necesse est.

Rem integrum, prout elucubrationis angustiae
ferunt, brevissimis indieabo, exempla potius,
more solito, quam doctrinae obscurissimæ et
ad eruditionis ostentationem saepe obscuratae
præcepta, deducens.

Per « catacumbas », antiquissimas præser-
tim, itantibus, et veterum monumenta tempo-
rum christianorum sive picta, sive sculpta, sive
caelata seruantibus saepe numero imagines vi-
rorum occurunt; cur non et animantium? Haec
proprio apertiora sunt adspicere; illa modo his,
modo diversis amicta vestibus ancipi signifi-
catione percipient animos, quibus aliter a visu
credere et suspicari modo necesse sit, modo in
ea, quæ conspiciunt, obvia et manifesta redeundum. At in hac nutanti et ancipi interpretatione plerunque

atrum

Desinit in piscem mulier formosa superne.

Interpretationi semel et initio admissæ, qui
interpretantur, rostro haerentes et unguibus, in-
terdum ad admittenda blasphemæ impelluntur,
quibus universa symbolorum ratio, et ordo, et
agmen repugnat; et mussantes incerti, canum
instar, qui per saltus antecurrentis feræ vestigia
non amplius inveniant, ad excusationem facil-
limam semet convertunt, scilicet ad ignorantiam
pingentium, sculpentium, dolantium, caelant-
ium, immemores eo tempore non creditas fuisse
imagines arbitrio opificum, sed sapientiae do-
centis et præcipientis Ecclesiae. Symbolica quippe
rerum expositio dogmatum veritati respondeat
necessum est; est enim symbolum scrip-
tura quaedam sui generis, aequæ communis,
qua indocti doctique pariter per imagines eru-
diantur. Quod quidem superioribus vidimus pagi-
nis, ubi de symbolo « Boni Pastoris » non ovem,
sed haedum reportantis in humero, diximus, et
altissimum in hoc symbolo vidimus misericordiae
mysterium, et documentum ineffabilis cari-
tatis. Haud quidem alia hodie videbimus, immo
perspiciemus.

Etsi unus est Deus, tres tamen in ipsa uni-
tate aequales ac distinctæ Personæ creduntur,
quarum ita unaquaevi aliquod, præ duabus
reliquis, sibi vindicat proprium ac singulare,
ut sine haeresi gravissima cum aliis commu-

nicare, aliisque tribuere non possis. Exempli
gratia dicam: Quamvis Pater et Filius unum
sint, mirabile Incarnationis et Redemptionis
opus non ad Patrem sed ad Verbum pertinet;
iterum, quamvis Pater, Filius, Spiritus Sanctus
sint unus Deus, sanctissimo « Pentecostes » die
non Pater, non Filius, sed Sanctus unice Spi-
ritus afflavit Apostolos, et super illos descendit.
Ecce ergo videmus divinas Personarum ima-
gines modo summi sacerdotis hebraici indu-
mentis amictas, modo episcopalibus insignibus
redimitas, praecinctas, modo regali cultu ac
diademat ornatas, immo potius imperatoria
Augustorum veste circumdatas?... Circa ima-
ginem, quæ cultu Aaron operiatur, credo in
ipsa aeternum Patrem ostendi: idque præclaræ
firmatur historia, quam et Vincentius in *Specu-
culo historiarum*, et Prosperus ab Aquila in
Dictionario Biblico, assentientibus Iosepho He-
braeo de *Antiquit. Iudaicis*, Esdra, Cypriano etc.,
refert (1). Quum enim Tyrum oppugnans sub-
sidia, commeatus, et quæ omnia Persis regibus
Hebrei suppeditare consueverant sibi in locum
eorum dominatione succidenti Alexander Ma-
gnus petiisset, Iaddhua, summus tunc sacerdos et
Iudeorum rector, negavit se daturum, cum Persis
dominatoribus iureurando sanctissimo Hebrei
tenerentur obstricti, nee fas esse benefacienti-
bus mala retribuere cum ipsi a regibus Persis
a servitute liberati et ab exsilio fuissent, et in
avitas regiones a Perside remissi, addita in-
super magna opum vi ut civitatem, Solymas ac
templum Dei dirutos excitarent ac restituerent.
Arsit ira superbis Macedo, et Iaddhuam, di-
missis litteris, certiore fecit se, Tyro expugnata,
contra Hierusalem venturum, urbem incendio
deleturum, Iudaicam gentem sacerdotesque tem-
pli omnes ad ultimum usque ferro, interneccione,
clade horribili dissipaturum. Iamque Tyro sub-
versa, Gaza obtrita, in Hierusalem maximis iti-
neribus properabat, spirans adhuc minarum et
caedis. Interea summo illo in tempore Iaddhua,
una cum omni gente, omnibus precibus Deum
orabat uti praesto in adiutorium esset, eosque
tueretur, qui, ne sanctum Dei polluerent nomen,
in quo Persis iuraverant, tunc supremæ ruinae
in discrimine versabantur. Dum ergo omnia
modo tacent ieunio languentium, modo suspi-
riis et gemitibus et ululatibus miserrimarum
matrum, virginum puerorumque sonant, modo ci-
nere et cilicio dolentium squallent, noctu Deus
Iaddhua apparebat, bonoque illum esse animo
iubet: floribus, festoque paratu ornanda urbs;
non arma, non obsidio, non copiae parandæ, sed
commeatus, qui exercitui regique venienti satis
essent; hic autem non modo urbe excipiendus,
sed obviam illi eundum cum omni sacerdotum
choro, cum levitis omnibus, cum cantieis, tu-
bicinibus, lituis. Ita faciant: sibi Deo cetera; cor
enim regis in manu Domini. Parent omnes, et
obviam procedunt laetantium ritu; anteibat
Iaddhua solemnis pontificatus sui indumentis
augustus. Tunc in locum, qui *Sapha* dicitur,
Alexander perveniens, miratus est hanc a longe
videns turbam amictu candido accendentem;
at ubi cominus Iaddhua fuit, ingens linea tun-
ica, caeruleo Ephod, aureis tintinnabulis ad
oras tinnientibus, thiara fulgens aurea, et rationalis
gemmae scintillans, et inscriptus inef-

fabi Dei nomine circa laminam auream in
fronte, prosiluit equo repente et factus quasi
obstupescens, attonitus, in genua coram Iaddhua
provolvitur similis adoranti. Plaudunt Iudei,
et in laudes et hymnos Macedonis erumpunt,
sociique summi pontificis et Alexandri socia
cum regis exercitu agmina sua inermia iungunt.
Duces graeci, quot iuxta, vix oculis spectata
credebant, et Parmenio, qui maxime apud
Alexandrum erat, inexpectatae rei, mutatae
que sententiae causam rogat: Atqui, — Alexander
ait, — non hominem adoravi, non homini me
victum professus sum, sed Deo haec omnia re-
tuli, cuius nomen iste in fronte gerit, eius et
vestes induit: siquidem in Macedonia mihi de
imperis subiicienda meis Asia cogitanti, Deus
ipse noctu apparuit, Iudeorum se Deum pro-
fessus, monuitque ut facerem, seque spopondit
mihi prævium et confringentem reges quotquot
obstarent. Nec aliud egit nisi humanissimum et
benevolentissimum omne. Maxima familiaritate
usus et obsequio comes it cum Iaddhua; Hie-
rusalem ingressus, templum adivit; quæ Daniel
de illo prædicterat, laetabundus accepit. Cra-
stino die congregatum undique populum hor-
tatus est ut siqua optarent, peterent ulti; se
libentissime daturum. Templum muneribus cu-
mulavit, et, vaticiniis Danielis parens, cursum
gloriae, et continentem dierum suorum sequutus
præceps triumphum est. Hac itaque historia
fretus, quoties divinam videbo imaginem summi
pontificatus Iudei indumentis amictam, pro
certo rebor non de Filio, non de Spiritu Sancto,
sed de ipso Genitore aeterno tunc intelligen-
dum, existimandum.

Nec dieat quispiam Filio posse eadem augu-
sta tribui; nam etsi et ipse « Summus Pontifex »
ab Apostolo fuerit nuncupatus, non deceat hunc
indumenta Synagogæ sumere, quæ non Chri-
stum esse sibi regem, sed Caesarem conclam-
avit. Sacerdos quidem Christus, Sacerdos et
in aeternum, sed secundum ordinem Melchis-
dech, non secundum ordinem Aaron. Qui legit,
intelligat.

At cur Christum in episcopalibus indumentis
agnoscam? Eadem de causa, qua eundem per-
spicio in effigie pastoris; de utraque enim ima-
gine obiter Paulus dicit cum nos Christianos
impellit ad eum « tamquam ad episcopum et
pastorem animarum nostrarum ». Nemo igitur,
illa videns in symbolis, de Samuele, de Aaron,
de Onia cogitat, nemo de Augustino, de Ire-
naeo, de Ambrosio aliquid molatur; altius
erigendi sunt animi, mentes ultra mortalia
haec, et præter sunt provehenda. Igitur ha-
bebis ad perspicendum Christum in symbolis,
ubi Deus humanis vestibus et humanis condi-
tionibus proditur, effigiem pastoris, effigiem
episcopi, effigiem et regis, si cupias; ipse enim
in Apocalysi dicitur: « Rex regum et Do-
minus dominantium »; quin etiam, quando « in
terris visus est, et cum hominibus conversatus
est », saepe de regno suo locutus est, et se
regem esse, et regalem sibi esse ex carne ori-
ginem « de domo et familia David ».

Numquid ultra congeram? De regno hoc
mater Zebedaeorum loquitur, de regno hoc
bonus latro in supremo vitae exitu, quo in
discrimine nemo mentitur, neque gratia morienti
circumlucens mentiri hunc sinebat; de regno

(1) Cfr. num. XVIII.

(2) Vide op. cit. voc. *Alexander, Iaddhua*.

hoc denique Pilatus ipse romano iure quasi seivit, cavitque ut omnes noscerent quod Christus rex esset, dum quatuor voces illas, quas, veluti mortis causam, eruci Eius apposuit, vel adimi, vel immutari, non sine instinctu Numinis, vetuit, scilicet: « Iesus Nazarenus, Rex Iudeorum ».

Quoniam autem de symbolis Christum indicantibus sermo est, integrum campum hunc peragrabimus, et in sequenti numero de petra, de funiculo, de pisce, – his enim pariter delitescit, – edemus.

SENIOR.

SESSORIANA BASILICA ET AMPHITHEATRUM CASTRENSE.

INSIGNE monumentum hoc, cui sexdecim illexere saecula a diebus Helenae Augustae, Constantini cognomine Magni genitricis, ad nostra usque tempora, plura in se habet a no-

creditur e castrensis ludis, quorum in Tiberio Suetonii, § LXXII, mentio est; in illo namque milites, praetoriani praesertim, exercerentur, iisque belluarum custodia, quae spectaculis adhiberentur publicis, credita erat, quarum careeres huic amphitheatro proximi, immo haerentes erant. Loco proximi pariter Sessorii, romani civis, aedes et horti, qui tot affluebant ac tantis deliciis, tantaque magnificentia eminebant, ut Aurelianus Augustus ad hosce includendos moenia Urbis produxerit, quae prominent audacie inter Latinam portam et Labianam. Sicuti Lateranae aedes, ita Sessorianae videntur in potestatem Imperatoriae domus redactae; utrasque Constantinus Magnus imperio potitus accepit. Lateranenses Christi religioni consecratis, egregio cultu basilicam insignem et principem in iis excitavit; palatium, et quae eirea, Silvestro, tunc Pontifici, et successoribus eius habendas tradidit. De Sessorianis quid


eius manu animae veterum possessorum erant, titulo ipso, quo appellabantur, misericordiam aliquam pro dominis, quibus ablatae fuerant, deprecarentur.

Equivi interea de amphitheatro illo Castrensi, cuius atroebus ludis, et interdum obscaenis Sessoriana basilicae sanctitas obstabat, obstabat religionis mansuetudo a sanguine et caedibus valde abhorrens, obstabat ipsa piorum frequentia civium, ipsa patriarchii Lateranensis augusta domus, ipse denique Pontifex, qui in proximo palatio Laterano degebat?... Profeo amplitudo Flavii amphitheatri multa Castrensi angustiori detraxerat, detraxerat insuper magnificientia, cultu, loco, et ferme prostraverat, ita ut Honorius Aug. anno Christi CCCCII nihil urbis ornamento et commodo detrahere visus sit dum, protrahens moenia et restaurans, exteriori ad Orientem pariete amphitheatri huius utitur pro moenibus, obstructis areibus; quinquo et abacta huius parte usus est pro caementis in proximis moenibus exstruendis. Hinc obvia et proelvis argumentatio, vel omnino amphitheatum Castrense derelictum fuisse, aedificatis hinc inde Sessoriana et Lateranensi basilica et Patriarchio, vel brevi infrequens factum partim pudore aliquo, partim religione, partim obsequio, penitus ita devium fuisse, ut Honorius repererit ferme collapsum et obrutum ruinis. Cui accedit argumentationi hoc insuper pondus, quod, Constantino Bysantium demigrante, praetorianae militiae, et quae in huius locum suffactae erant, Imperatoris viam et mansionem sequatae, viduum actoribus suis amphitheatum reliquissent; ad exerceendos enim Castrenses milites, (Prætorium Castrum prope adest), fuerat exstructum. Equivi si addatur sanctam illam Helenam Augustam, in Urbem postquam rediit sanctissimis onusta Palestinae reliquis, quas inter et maxima Christiferae crucis pars, et humus multa ipso a loco eruta ubi Redemptor fuerat crucifixus, et crucis ipsius titulus hebraice, graece et latine scriptus, et praeterea alia sexcenta, prope Sessorianam basilicam, diu in ipsis aedibus Sessorii habitasse? Decebant domicilium piissimae et augustissimae feminae clamores, crudelia, idolatria proximi amphitheatri? Hinc iure arguimus vel ex ipsa aedificatione Sessoriani templi Castrense amphitheatum coepisse relinquere.

Quidquid est, quidquid fuerit, relictum fuit, atque ita relictum, ut ipsa arena, seu platea ad hortensia colenda narretur ab immemorabili addieta. Anno CCCXXXVI, scilicet intra ab aedificatione vicennium, concilium, seu Romana Synodus, septem constans et quinquaginta episopis, in Sessoriano celebratur; mox, anno quingentesimo, quum ad Vaticanam porticum Symmaeus aliam synodum coegisset, cui viginti et unus supra centum episcopi interfuerunt, altera synodi actio hic habita est.

Gregorius I Pontifex templum hoc « cardinalio titulo » voluit insignem, atque exinde honos hie ei perpetuus fuit, eautumque usu, ut feria sexta maioris hebdomadae summus ipse Pontifex nudis pedibus a Lateranensi basilica ad hanc, sequente Clero et magna piorum frequentia, erueum adoraturus procederet.

Anno DCCXX Gregorius II a fundamentis templum restauravit; Leo III iterum, et orna-



Amphitheatri Castrensis reliquiae quae supererant saec. XVI p. C.
(Ex tabula a Marco Sadeler excussa, nobisque a cl. v. JOSEPHO HAAS ultro oblata).

mine ad rem, quae obsequium, venerationem, admirationem spirent, plura et apud se, quae in urbis historia digna relatu videantur. Hinc gemimum elucubrationis nostrae caput; ac tamen in ipsa duplicitate unum; alterum quippe ethnicae urbis dies habet, alterum christiana religionis triumphum vel maximum exhibit.

Terna Romae amphitheatra fuisse pro certo habemus, Castrense, Flavium, tertium vero, cui nomen a Statilio Tauro. Postremum hoc in regione nona, nempe in Campo Martio, exstebat; alterum haec tenus magna parte eminet, opus mirabile Vespasiani ac Titi Augustorum tempore erectum ac dedicatum; primum, cuius plurima palam erant, ut in imagine vides, lector, adhuc saeculo XVI vestigia, inter Latinam portam et Labianam viam eminebat. Statilius Taurus, Augusto Octaviano Caesare consule quartum, suum condidit et gladiatoriis ludis solemniter consecravit; Castrense quibus excitatum diebus fuerit ignoramus; siqua tamen fides habenda sit aedificandi elegantiae, et caementis et lateritiis, quibus constabat, adscribendum annis est, qui inter Claudi et Tiberii imperia fluxerunt. Nomen Castrense accepisse

actum interea? Incertum nobis adhuc utrum sanctissimae Matris imitatus pietatem Constantinus editam voluerit eoram Heleniano templo Lateranensem basilicam, caput et principem templorum omnium Urbis et Orbis, ne praecipua Christi Redemptoris testimonia longius abessent; vel potius filii Augusti facta, ut ita dieam, aemula Helene Sessorianum templum excitaverit, quasi candelabrum alterum; ut si Lateranensis illa basilica reliquias titulo Patriarchatus Apostolici et auctoritate superaret, Sessoriana haec Lateranensem ipsam vinceret sanctitate Christiferae crucis inclusae.

Utramque, diverso quamvis tempore, Silvester I Papa solemnissimo consecravit ritu. Constantinus auxit opibus pretiosissimis; utraque tamen, etsi Augustorum exstrueta munificentia et magnificientia, non aedificantium retinuit nomina, immo ferme nec induit, sed civium, quibus olim fundi proprii fuerunt, nomina, faciente populo, consequata est, quasi iustitiae instinctu moneretur in possessionem Caesarum saevientium et praepotentium domos illas raptae olim tractasque fuisse, in ius autem numquam venisse: itaque cum Deo redderentur, in

vit; Benedictus V nobium ingens ad dnum dedit. Lucius vetustate muro cae et coenobii que circa restaurantur circa absidem stabat. Petrus Gomez de Liris pulcherrimo opus que anaglyptis p. timo Ianuarii memori areus parte, sanctissimae Crucis fixus fuerat, tribus nunt. Plumbea in a. continebatur; mille lentiniano Augusto, memorabat.

Dicitur Benedictus addenda ad ornatus archibasilicæ, illius temporis repudienda statuerat m. vertit, et basilicæ pulcherrimis auxit et eleganti decoravit, cellini ornavit, ut a sem quanta reiecit haec, et apud narrat giorum artificum, I versa Sessorianæ b. decorantur.

HORÆ S.

Tostam hominis faciem,
Conflatum, quidquam n.
Contrahit an frontem?
Haeret in obtutu fixus,
Certus, disparibus qua.
Deducas, tacituque aure
Pertentes calamo nares,
At tu, blande comes,
In risum compelle tuum
Congere nunc fictis con.
Et faciles quoscumque i.
Ipse nihil; firma immo.
Quam si dura silex, au.
Heus age, conversa scri.
Si potes: anne rides va.
Induat, et species sese i.
Ut pueri mores, curasq.
Saepe leves motus, men.
Provocat et celeres iter.
Atque pedes quandoque
Saepe etiam voces suspi.
Et varios gestus, ad sin.
Immisces lacrymis, et t.
Gaudia, singultusque t.
Incertisque micat digit.
Obiicit a tergo, deerunt.

A MORTALIBUS

O mentem, o animum,
Et summo regat imper.
Ferte citi lauros, solioq.
Huc celeres quotquot co.
Consilii melioris egent,
Hinc lucem haurire, et
At quid rana loquor?
Triste supercilium, sem.
Tempora, pallentesque

possessorum erant, ur, misericordiam ablatae fuerant, teatro illo Castren- terdum obscaenis s obstabat, obsta- sanguine et cae- bat ipsa piorum archii Lateranen- que Pontifex, qui degebat?... Pro- theatri multa Ca- detraxerat insuper erme prostraverat, aristi CCCCII nihil o detrahere visus et restaurans, ex- amphitheatri huius is arcibus; quini- est pro eaementis endis. Hinc obvia el omnino amphit- um fuisse, aedificat Lateranensi baevi infrequens fa- partim religione, devium fuisse, ut apsum et obrutum ationis hoc insuper Bysantium demis- , et quae in huius toris viam et man- oribus suis amphi- ercendos enim Ca- n Castrum prope cequid si addatur gustam, in Urbem onusta Palestinae xima Christiferae ipso a loco eruta us, et crucis ipsius latine scriptus, et e Sessorianam ba- sessorii habitasse? mae et augustis- delia, idololatrica iure arguimus vel templi Castrense qui.

rit, relictum fuit, rena, seu platea ab immemorabili scilicet intra ab diuum, seu Romana quinquaginta epi- tur; mox, anno canam porticum gisset, cui viginti et interfuerunt, al- est.

m hoc « cardina- que exinde honos usu, ut feria sexta ipse Pontifex nu- silia ad hanc, orum frequentia,

a fundamentis interum, et orna-

vit; Benedictus VII anno DCCCCLXXVI coenobium ingens addidit, monachisque habitandum dedit. Lucius II anno MCXLIV fatiscentes vetustate muros ab imo exstulit, et basilicae et coenobii quasi alter auctor fuit. At dum circa restaurantur parietes, solidi arcus integri circa absidem stabant; dum vero anno MCCCCLX Petrus Gomez de Mendoza « Cardinalis titularis » pulcherrimo opere laquearia ornat, gypseis que anaglyptis pieturisque decorat, ecce, ultimo Ianuarii mensis dominico die, in superiori arcus parte, quae choro imminet, titulus sanctissimae Crucis, qui super Christi caput affixus fuerat, tribus characteribus exaratus inventur. Plumbea in arcula, tribus distincta sigillis, continebatur; millennio ante, scilicet Flavio Valentimano Augusto, illie reconditus fuerat; nemo memorabat.

Dicitur Benedictus XIV, multa meditatus addenda ad ornatum decoremque Lateranensis archibasilicae, immeritam retulisse a clero illius temporis repulsam, ne faceret. Quae facienda statuerat magna pecuniae vi, alio convertit, et basilicae huius frontem et interiora pulcherrimis auxit operibus, Liberianam porticus eleganti decoravit, templum SS. Petri et Marcellini ornavit, ut accendentibus ad Lateranensem quanta reieccissent ostenderet. Feruntur haec, et apud narrantes fides esto. Picturis egregiorum artificum, Pomarancii, Pinturichii, diversa Sessoriana basilicae sacella hue usque decorantur.

G. P.

HORAE SUBSECIVAE

SCURRA.

Tostam hominis faciem, petulans caput aere rigenti Conflatum, quidquam non de statione moretur. Contrahit an frontem? num concava lumina flectit? Haeret in obtutu fixus, non edere risum. Certus, disparibus quamquam centum ora figuris Deducas, tactuque aures, patulasque molesto Pertentes calamo nares, stimulisque fatigis. At tu, blande comes, socium nunc, qua potes arte In risum compelle tuum, dirisque lacesce. Congere nunc fictis convitia mixta querelis, Et faciles quoquamque iocos, quoquamque leporis, Ipse nihil; firma immotus nec fronte movetur, Quam si dura silex, aut stet Marpesia cautes. Heus age, conversa scena modo serius esto, Si potes: anne vides varias ut secura figuris Induat, et species sese trasfomet in omnes? Ut pueri mores, curasque imitetur aniles? Saepe leves motus, mentitur saepe choreas, Provocat et celeres iteratis cursibus auras, Atque pedes quandoque librat, quandoque retardat? Saepe etiam voces suspensus inhaeret ad omnes, Et varius gestus, ad singula verba cachinnos Immiscet lacrymis, et tristi dulcia luctu. Gaudia, singultusque trahit velut Anthlia sicca, Incertisque micat digitis, a fronte salutat, Obicit a tergo, deerunt quae cornua fronti.

HOMO

A MORTALIBUS CURIS ABSTRACTUS.

O mentem, o animum, geminum qui legibus orbem, Et summo regat imperio, date seeptra, recentes Ferte citi lauros, solioque imponite regem. Huc celeres quoquot caeca caligine mersi Consilii melioris egent, hinc discere mentem Hinc lucem haurire, et tenebras iuvat usque fugare. At quid rana loquor? Numquid frons nubila semper Triste supercilium, semperque minantia somnum Tempora, pallentesque genae, mentumque caducum

Non stupidum, attonitumque hominem redolere videtur? Saepius obtutu, pede saepius haeret in uno Plurima discordi taciturnus mente volutans. Heu quoties illum secum videre loquentem Tendentemque manus, atque incompta roventem Et sylvarum umbrae, et patrii penetralia tecti! Non ille elato propior si factus ad aurem Ore voces, non si resonis bis terque quaterque Audierit sonitum, sed membra carentia sensu Stant immota dia, donec concussa rocantis In latus impingunt; dubitat, circumspicit, haeret, Certat cum famulo officiis, pilcumque reponit Inversum capiti, pileo quin saepe per urbem Aspera nocturno male tectus tempora pergit. Insertas digitis chirotecas ima vel inter Scrinia, vel pluteo super in penetralibus altis Oblitas queritur.... Cernis quam defluat metu Caesaris capiti, quam sit male pendula vestis?... Nunc iter accelerat, veluti qui pressus ab hoste; Nunc socii indigit impulsu, nunc roce superba Omnia magna loquens, nunc sit mihi parecula sedes, Inquit, et hirsutas parvo cum foenore campus. Nil aequali homini tanta inconstantia menti est.

E. DE AZEVEDO.

nemo neget, qui pueros undique exultos atque institutos voluerit.

Varia in cubicula divisus est noster ostentus, quorum alterum exhibet rationem, qua sive domuum, sive ludorum parietes ornanda censentur ad obtinendam huiusmodi in pueri culturam, alterum quomodo libri puerorum sint aptis figuris tabulisque ditandi, vel pulchritudinis sensus in iis excavatur.

Est tamen et cubiculum, ubi puerorum opera, et conamina, quae in artium iter ineundum sponte audent, collecta sunt. Pretiosa inde documenta inferuntur, ut pateat quoniam pacto delineandi arte pueri sint erudiendi, vel fruendum experientia veteri, quam iam pleraque gentes ad rem cumulaverunt. Ne vero multa simul eaque parum optime sodales comparent, neglecta est puparum exhibitio, atque luderae suppelletilis, etsi harum quoque rerum diligens cura iam esse cooperit.



Sessoriana basilicae qui nunc prospectus.

EX GERMANIA.

De puerilis artis ostentu.

CULTORES artium liberalium sodalicium Vindobonae inierunt. Hagen nomine dictum, eius aedes recens ostentui insolito patuere, quem iam multae Germanicae civitates non sine plausu admiratae fuerant, quippe quae puerilia opera puerorumque conatus in iis quae sunt artium ingenuarum specimina exhibeat.

Berolini primum exorta res, atque ad extitum perducta superioris anni mense martio. Qui praefuerunt et artium cultores, et ludorum magistri, vel παιδεῖα, urgenti necessitatibus posse satisfacere iure arbitrati sunt. Iamvero parumper student praeceptores ut facultatem contemplandae atque diudicandae pulchritudinis in puer exolant, hoc uno contenti, ut ingenium acuant et multis variisque notitiis mentem imbuant. Sensuum atque « phantasiae » educatio, quasi non sit, negligitur, vel quasi nulli eorum effectus in puerorum vita habeantur; at curam quoque sensuum habendam esse

Index vero legendus rerum, quae in exhibitione prostant, ut totius operis consilium plane conspiciatur, et legendae quoque explanations, quae pro singulis cubiculis capitibus singulis adduntur.

Inscius autem viator, etsi omnia de re ignoraverit, pulchra tamen multa atque insueta admiratur. Iamvero prima illa aula series imaginum digestam continet, easque optimas et ubique terrarum selectas; pictae tabulae referruntur, aut coloribus, aut aere easae, quae maxima laude, tamquam perinsignia pictorum opera, esse cognoscuntur. His subiectis speciebus puerorum oculi ad concepiendum pulchritudinis et formae et colorum sensum exercentur, eorumque animi quodammodo exercefacti desiderio pulchrarum videtur rerum etiam in quotidiana vita captantur.

Nam apud finitimas gentes non semel huiusmodi exhibitionum utilitas magna apparuit, si et privati cives ipsique reipublicae curatores multam pecuniam impenderint, ut in vicis popularium oculis eae tabulae prostent, quae non tantum ad captandas crumenas valeant, sed pulchrarum visu animum oblectent.

Libros quoque figuris et tabulis distinctos ad puerorum eruditionem summopere conferre constat: atqui specimina librorum ea exhibentur, unde evineatur quanta sedulitate imagines delineandae sint, et imprimendae in libris, qui puerorum oculi subiectiuntur.

Neque minus interest aliam lustrare aulam, ubi puerorum opera collecta sunt. Eius ex partibus haud quidem pendere videbis portenta insueta atque de re miracula, neque pensum quod a ludimagistro praemio sit coronatum, sed delineatae prostant a tenellis manibus formae a primis usque conatibus, quos interdum vix trimuli pertentant, ad proiectorem aetatem, qua parvus artifex patientia summa atque assida observatione suam artem perficit, et, experientia duee, ditat, compleat, meliorem reddit.

Haud ignotum est quot parvis ex huiusmodi operibus indicia emineant de puerorum indole atque mente, et quam multa usus huiusmodi doceat eos qui investigant assidue quibus modis delineandi ars melius augeri possit atque institui. Inde facile etiam colligitur, haec, quae puerilia videntur, magni tamen ponderis esse ac digna quae parentes praesertim, ludimstri, ipsique artifices optime perspiciant.

R. W.

VITA FUNCTI VIRI CLARIORES

Henricus Siemiradsky polonus picturam historiam maluit; qua in arte principem locum obtinuit. Romanarum rerum peritissimus, quae Sienkiewiczus

19]

FABULAE SELECTAE FONTANII
A IOANNE BAPT. GIRAUD LATINE REDDITAE
PASSIM RETRACTATAE A FRANCISCO XAV. REUSS.

LXXVIII. — IUPITER ET VILICUS.

Aere locundus erat fundus Iovis; hoc docet orbem
Mercurius praeco, creber et emptor adest.
Propositum pretium cives ultroque citroque
Discutunt canti; res agitata diu.
His lapidosa videtur humus, male pervia rastro;
Illis est alia labe notandus ager.
Alternis dum contendunt clamoribus, audet
Plus reliquis unus, nec tamen ille sapit.
Sic loquitur: — « Solvam solvenda talenta quotannis,
Si moderer varias aëris ipsi vices;
Si, Iore dante, sinar radios accedere solis
Aut imbre, ut sit sicca rel uda dies.»
Iupiter assentit, stat pactum, villicus infit
Caeli temperiem marte creare suo.
Agris contiguis neglectis, haud secus ac si
Essent antipodium, cogitat arra sua.
His unis solem, rores pluviasque ministrat.
Messim at heu! arido crescit egena viro.
Agricolis contra vicinis rasta replentur
Horrea frumentis, dolia cuncta mero.
Vere novo, ratione nova sibi villicus aptat
Annum, cui nequeat splendida deesse seges.
Ast irata Ceres sapientem rursus agrestem
Fallit, finitimus laeta favere locis.
Conscius erroris, veniam tum denique poscit
Villicus, et facilem comperit esse Iovem.
Quid nobis prosit, melius quam novimus ipsi,
Provida mens novit, quae regit astra, Deus.

LXXIX. — GALLUS, FELIS ET MUSCUS.

Junior, et nondum vitare pericula doctus,

Vix non morte truci musculus interierit.

civis suus litteris tradidit, Neronianum tempus, is tabulis populari aura donatis commisit. Equis enim ignorat eius opera, quae *Facies Neronis viventes; Gladiorum saltatio; Dirce christiana* inscripsit?

Aloisius Deschamps pictor et ipse, qui Lutetiae Parisiorum diutino morbo confectus est, famam sibi comparavit quod nemo rectius puerorum formas describere valeret.

In Gallia pariter, in suo rure ad Buillon, placide quevit Iacobus Tissot, Dei Evangeliorum illustrator notissimus. Varium profecto huius artificis ingenium, multiplex vita. Cum enim « rhomanticorum » quae dicebatur scholam fervide primo esset secentus, ac deinde in exempla oris colore exprimenda se convertisset, penicillos necopinato abicens, interfactiosos, qui in Gallia an. MDCCCLXX fuere, sese adscripsit. Perfuga in Anglia, sensu quodam spiritualium rerum tractus, in Manibus lemuriisque evocandis aliquot annos consumpsit, concertationum plena disputationes movens tum scriptis, tum tabulis, quas resumpsit, ut mira atque insolita, quae sibi videbantur, retraheret. Ecce autem harum quoque rerum perfaetus Lutetiam redit, ad illecebras maturae ae praestantis inventus exhibendas inter lautissimorum hominum conventus illie congregatos, brevique efficit ut tunc vere « arbitr elegantiarum » vocari posset. Equeid tamen, dum Epicuri doctrinam plane sectatur, eius in animo agitantur? Paullatim enim eius domus assuetis hospitibus intercluditur; novi accessiti sunt, iisque rerum orientalium doctores, sacerdotes, monachi; fama volat Iacobum severissimis studiis intendere. Dei Evangelia indesinenter volvere. Studet equidem hebraico, graeco ac latino sermoni, quorum ne verbum quidem hue usque intellexerat, studet doctorum tum antiquorum tum recentiorum de sacris libris commentariis, ut divina illa documenta apprime cognoscat, ut eorum vim intimam, quam appetit, sen-

tiat. Sed improviso ex omnium conspectu abit, Galiam rursus deserit, nec quisquam de eo aliquid audit, usque dum is ex Palaestina serbens se terram illam beatam peragrare aperit una cum Henrico Didon ex sodalibus sancti Dominici, hic ut ordinem historiae Iesu Christi deseriberet, ipse ut picturis illustraret. In illa igitur electorum animorum communione, inter sacras tot memorias Iacobus vires amissas revocat, recipit; intime christianus fit, fidemque suam altissimam tabulis illis aquatis coloribus tradit, quae stylum purissimum Angelici Phaesulani nostris temporibus accommodatum redolentes, nomen suum posteris demandabunt.

Rudolphus Virchow, summus procul dubio inter hodiernos Germanos viros doctrina illustres, ortum duxerat Schivelbein, in oppido Pomeraniae, an. MDCCCXXI. Müllerio discipulus addictissimus, medieus renunciatus est an. MDCCXLIII, et quatuor post annos Berolinensis athenaei doctor electus. Paulo post rei publicae ratio eum allexit; cumque inter popularium oratores facile eminuissest, hi ad publicum legibus ferendis coetum suum legatum dixere. Electio vero ob eius iuventutem haud confirmata est, cumque imo parti evertendarum rerum cupidas Virchowius sese addidisset, e Berolinensi athenaeo reiectus est. Tunc Wurzburg in urbem se contulit, ut medicinam doceret, eaque in urbe studiis illis operam dedit, nomen ei parituris per orbem omnem late effusum. At popularis gratia in Borussiae urbem caput illum revocavit, et populi legatus iterum electus, acerrimus Bismarkii adversarius exstitit, et iurum populi strenuus vindex. Neque tamen rei publicae causa doctrinam praetermisit; quin etiam in « anathomia pathologica » locum parem obtinuit ac Pasteur in « microbiologia »: uterque enim investigator assiduus atque acutus; uterque Darwinistiae rationis severus atque inexorabilis destructor.

*Sie matri casum retulit: — « Me iurerat altum,
Claustra meae patriae, transiliisse iugum.
Curare gaudebam per apertos undique campos,
Ferrida ceu pubes nostra levisque solet.
Obria mox sunt animantia bina: prioris
Me rapit ingenium mite, nitensque decus.
Posterioris erat vultus turbatus et atrox,
Voxque ruidis, qualem stridulus rixa parit.
Frontem crista minax et sanguinolenta rideri
Armat, et in tergo plumea cauda fremit.
Brachia sunt humeris adnata, rigentia pennis,
Queis animal volitans tundit utrumque latus.»
Quod parvus matri descriptis mus quasi monstrum,
India quod gignat torrida, gallus erat.
— « Ossa tremor subiit — sic pergit musculus — ut vix
Alas discussit penniger horris.*

*Arripiisque fugam, mala quoaque precatus in hostem,
Forte licet pectus, dona superna, geram.
Improba ni retuisset avis, sociale parabam
Miti quadrupedi dicere laetus Ave.
Hunc varie pictum, bene tersum molleque vellus;
Luce verecunda pupula glauca nitet.
Utitur aure brevi, ceu nos, caudique superba;
Muribus affinem congeneremque reor.
Hunc aditurus eram, cum vertere terga fragore
Nemet terrifico dira coegerit avis.
— « Nate, care! — sic mus mater — fera blanda vocatur
Felis, et in mures perfida vota foret.
Contra, nil damni tibi detestata volueris
Ferre potest; immo pabula grata dabit.
Pabula, sed fles heu! nos nos appetit ipsos:
Ne faciat, fili, frons tibi prima fidem.»*

LXXX. — VULPES, SIMIUS ET ANIMANTIA.

*Vastum cui fuerat regnum cum divite censu,
Iverat ad manes, morte iubente, leo.
Concilium pecudes cogunt solemne, novumque
Rectorem populo constituisse parant.
Aurea sublimi cidaris depromit arce,
Cui vigil adstiterat nocte dieque draco.*

LXXXI. — MULUS GENERIS SUI IACTATOR.

*Pontificis mulus sese iactabat inepte,
Dum genus assidue tollit ad astra suum.
Gesta parentis equae, facinus quae tale patrarit,
Bellis adfuerit talibus, usque crepat.
Clara ex matre tumet sic filius hybridus, ut si
Forte rehat medicum, degenerasse putet.
Pistrini, senior, damnatur ad ardua pensa,
Atque asini tandem fit memor ipse patris.
Profuit huic multum fortuna severior, a quo
Fastum, vel duris ietibus, expulerit.*

(Ad proximum numerum).

Iacobus qui ian
vulgavit, ma
acceptum, oe
flavit.

Maria He
striae Magnis
est magno po

De Aemili
princepe, qui
tetiae Parisio
in proximo n

NULLA civ
bulis at
nulla gens e
qua Hungar
betur sive a
ipsos, adest s
larum forte i
ritia omnino
eventibus, ex
civis texenda
tam iam omni
efficiat; per
cum aliquid i

Franciseus
diosissimus, a
cendi artis q
bella aut histo
nissime, saep
fabula respons
tustas quoque
illi fuit iuven
Carolum Eötv
qui modo « ra
praeest, et q
in senatu, ne
tiueula sese
tantur graviss
serat sive no
ad rem aptiss

Optimum p
florilegium E
vulgavit. Mir
argumenta no
atque aptatas
quaes Hungar
quaes proprias

Velutissim
silet memoria
est patrum a
tium. Fabulae
populis habe
lunt. His add
storie; seriis
Turearum et
finitimi popul
Slavonii, Ger
cantiuiculas
diis redeunte

At si arg
est enarrand
dueitur, sed
tur audientib
eventibus sus

prospectus abit, Gallo de eo aliquid audit, oportens se terram illam a Henrico Didon ex ordinem historiae picturis illustraret. communione, inter amissas revocat, emque suam altius tradit, quae stani nostris temporemen suum posteris

mus procul dubio doctrina illustres, pppido Pomeraniae, culus addicissimus, CXLIII, et quatuor octor electus. Paulo exit; cumque interasset, hi ad publicum tum dixere. Electio firmata est, cumque stupidae Virchowius enaeo reiectus est. ult, ut medicinam illis operam dedit, nonne late effusum. urbem caput illum electus, acerrimus iuriuum populi strebulae causa doctrina & anathomia pathologica. Pasteur in « microscopio » assiduus atque ionis severus atque

Iacobus Balley, Anglorum poetarum Nestor, qui ppe qui iam ab anno MDCCXXXIX *Festus* poema vulgavit, magna cum laude apud litteratos homines acceptum, octoginta et sex annos natus spiritum efflavit.

Maria Hernrica, Belgarum regina, olim ex Austriae Magnis Ducibus, Spa in urbe vita repente funesta est magno populi luctu ob eius liberalitatem.

De Aemilio Zola «naturalismi» in litteris auctore principe, qui III kal. Octobr. naturae debitum Lutetiae Parisiorum ex improvviso reddidit, peculiariter in proximo numero dicemus.

I. F.

HUNGARORUM FABULAE POPULARES.

NULLA civitas, magis quam Hungarorum, fabulis atque historiunculis delectari dicitur; nulla gens effingendae fabellae arte ita pollere quae Hungaros aemuletur. Cum enim coetus habetur sive apud populares, sive inter equites ipsos, adest semper narrator: argumenta fabularum forte non varia, sed dieendi forma et peritia omnino inveniuntur singulari. Ex diurnis eventibus, ex novissimis nuntiis sumit etiam civis texendae narratiunculae causam, sive notam iam omnibus, sive exemplo atque ad rem effectam; persaeppe autem discreto sale satyrium aliquid inter narrata commiscet.

Franciseus Deak, civis patriae libertatis studiosissimus, atque clarissimus vir, huiusmodi dieendi artis quasi magister evasit, qui saepe fabella aut historiuncula arduas res enodabat plannissime, saepe etiam cum rogaretur ab amicis fabula respondebat, atque urbanissimo sale vetustas quoque res nova veste induebat. Aemulus illi fuit iuvenis, quem secum habuit a secretis, Carolum Eötvös, oratorem atque iurisperitum, qui modo « radicalium », – ita vocant –, factioni praeest, et qua pollet facilitate ingenii neque in senatu, neque in tribunal ab aliqua narratiuncula sese abstinet, ita ut, etiam dum agitantur gravissima, ipse ex abrupto fabellam conserat sive novam, sive veterem, semper tamen ad rem aptissimam.

Optimum popularium huiusmodi fabularum florilegium Elisabeth Sklarek germanica lingua vulgavit. Mirantur lectores veterum historiarum argumenta novo modo ibi conserta vel ampliata, atque aptatas singulis peculiares notas, tum quae Hungaricos mores apprime redoleant, tum quae propriam enarrantis indolem pandant.

Vetustissimae enim Hungarorum traditionis silet memoria omnino: neque recordatio ulla est patrum ab Oriente in Europam immigrantium. Fabulae et traditiones communes omnibus populis habentur, qui Orientis regiones incolunt. His additae deinde Byzantini imperii historiae; serius autem, saeculis XVI atque XVII, Turcarum et Persarum fabulae; omnes denique finitimi populi suum aliquid ad rem contulere, Slavonii, Germani, Rumeni, quorum dicta et cantiunculas milites praesertim emeritis stipendiis redeuntes domum afferebant.

At si argumenta propria non sunt, proprius est enarrandi modus. Dic enim fabula producitur, sed nullum inde taedium ingeritur audientibus; quippe quorum novis semper eventibus suspenditur animus ad finem usque,

laetum plerumque et urbanum. Fabulosae autem formae, orientali fervore mentis adiuvante, magnum aliquid semper imaginibus et verbis conflantur copia abundant et vivido cogitandi impetu, quem ipsius sermonis natura peroptime sequitur. Verum ipsius enarrantis, ut diximus, indoles satis perspicue eminet in dictione, idque ab initio usque fabellae, quae plerumque ita exorditur, ut credant audientes sese loca ipsa rerum vidisse, vel actores sese fuisse, vel factos esse potuisse.

Sed in ipso narrationis cursu seatet interdum enarrantis ingenium, qui sua ipsa ex arte verba et loctiones seligit, ut pastor quidam qui de fortissimo principe dicens enarrabat: « Maximis ille ludebat quercubus, non aliter quam ego fuste hoc meo ludo... ». Alius effingit Iesum ad pastorem venisse, qui, cognito domino, ex caliga eduxit lucente capite cultrum Weissembourg ex officina emptum, quo agnum mactans obsonium populo proprium, *papri kasch* nomine, Deo paravit. Pariterque singulare fabulae multa portendunt, quae vitam moresque populi apprime referunt.

Tot ac tanta passim in populum evulgata maxima diligentia litterati viri collegerunt, quos inter Transilvanus quidam presbyter Schulerus, atque Katonas doctor; eosque sequuntur Kropf, atque Iones anglie viri, qui anno MDCCCLXXXIX multas Hungarorum fabellas Londini anglico sermone edidere. Novissimum est Sklarek iam memoratae feminae eruditissimae volumen, in quo quinquaginta fabulae continentur optime ita selectae, ut magna delectatione et ignota cognoscendi cupiditate perlegantur.

I. ANTONELLI.

ARABES

QUINAM ET QUANDO? (1)

DUPLEX mihi oritur quaestio non exiguum lucem elucubrationi meae ex integro alatura. Prioris itaque est inquirere causam, qua Arabes, qui se prae finitimi dictant ab Ismaele sublimes, patrium nomen libentissime deposuerint, neque a regione quam incolunt, neque a patre, quo gloriantur (dum eum Hebraeis contendentes primogeniti super Isacides affectant iura et sibi iure vindicant, quia Isaac minor natu filius Abraham de Sara fuit, primogenitus autem Abrahami Ismael ex Agar), Ismaelitae, sed a matre tantummodo nomen sibi voluerint nuncupandum, et passim Agareni tum ore proprio, tum exterorum fama appellentur. Id eos et voluisse et fecisse dupli de causa traditur: immo, et fortasse melius, quia sic ipsi voluerint et egerint, quia finitimi populi, iisque praesertim, qui ab ipsis oppressi sunt, idem voluere et egerunt. Quum futurae gentis res, prouti in superiore numero exposuimus, non Ismaeli, qui nondum natus erat, sed Agar fugienti angelus nuntiasset, ipsa veluti tabula testamenti et propheticus liber haberi ab Ismaele filio et a posteris huius copta est. Hinc ubi nomen Agar erat quasi remotior echus, divina

illa verba futurum portendentia assonare audiabantur, et ipse Ismael, qui acceptam iniuriam ab effidente patre et in exilium pellente, et obficiente morti una matrem et filiam numquam animo deposuerat, se a matris nomine Agarenum, Agarenosque suos, non Abrahamicos, seu Abrahamicos, neque Abrahamicas seu Abrahamicas voluit appellatos.

Et quidem singulare hoc videtur: quod Abrahamici nomen in neutrum defluxerit filium, cum tamen nobilitatis causa in Abrahamo quasi in fundamento ponatur. Utrique filio gratia et promissio amplissimarum rerum fuit, non quia ille Ismael, hic Isaac, sed quia uterque ex tanto sanguine ortus est, quocum Deus foedus in patriarcha illo pepigerat. Ismaelitae igitur nomen Agar matris ad honorem et spem et fata, quibus nati erant, prae se ferebant. Civitates autem et populi, in quos imperitare ferocius coeperunt, Agarenos nominabant ut servile dominis exprobarent genus ex ancilla et illegitima ortis, et ita quos aegre tolerabant servientes subiecti, ortu potiores ipsi et progenie in appellatione ipsa vituperarent. Et memini me legisse apud scriptorem gravissimum, Agarenos, postea animadversa nominis ignominia, nomen ipsum aliquantulum immutasse et ex Agareno, paucis immutatis, subditis, Saracenos fecisse, nec defuisse qui dicebant Arabum patrem de Sara natum. Hebraeorum ab Agar: Sarae filium ab Agar fugiente raptum opportuna fraude insidiisque fuisse, filium suum fuisse domi relictum ut iam expes filiorum Abramus in illo, qui reliquus unus erat, acquiesceret, et hic, cui primogenitorum iure paterna omnia debebantur, paternis opibus divitiisque potiretur. Notata ista volui, quia non tam facile patet qua de causa Arabes in Ismaelitas, Ismaelitae in Agarenos, Agareni in Saracenos mutati sint.

Duo autem genera Ismaelitarum fuere iuxta indolem filiorum, qui tribus Ismaelitarum duodecim constituerunt. Alterum sub pellibus hie-mans, sub dio dormiens, prorsusque in gregibus et rapinis, semper in armis, per sedes incertas, quo pascua vocarent pinguiora vagans, genus hominum asperum, agreste, rude, sine legibus, sine imperio, liberum atque solutum; alterum, nempe ex iis qui in moenia convenere seque cum viatis gentibus coniugio, dominatu, domicilio, artibus miscuerunt, totius Arabiae affectare imperium, obtinere, pluribus principatis, quasi quodam rete potentium et vigilantium, regionem omnem occupare, nominibus multiplex, at stirpis instinetu, et societate indolis et pacto foedere unum. Hinc Petraea Arabia, et Felix, quae dicta est, urbibus aedificisque frequentes; deserta vero vagis Ismaelitis referta; qui quidem pro lubitu inter se bella contentionesque agitabant; at, ubi extraneus ingueret consanguineis, iuvantia in invasorem arma ferebant. Horum cultus et mores Hieronymo credamus: « Ecce subito equorum camelorumque sessores Ismaelitae irruunt, crinitis vittatisque capitibus, ac seminudo corpore, pallia et latas caligas trahentes; pendebant ex humero pharetrae laxos areus vibrantes; hastilia longa portabant... Ad praedam venerant; rapiuntur, dispergimur, in diversa trahimur... Ducentur, immo portamur sublimes in camelis, et

(1) Cf. num. sup.

per vastam eremum semper ruinam timentes pendemus potius, quam sedemus. Carnes semi-crudea cibus, et lac camelorum potus erat. Tandem, grandi amne transmisso, pervenimus ad interiorem solitudinem, ubi dominam liberosque ex more gentis adorare iussi, cervices fleetimus. Hie, quasi clausus carecere, mutato habitu, idest, nudus ambulare disco; nam aëris quoque intemperies nihil ferme velare patiebatur. Traduntur mihi paseendae oves, et in malorum comparatione hoc fruor solatio, quod dominos meos et conservos rarius video... Nulla fugae suspicio; interdum et mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem ». Haec ille magnus, qui rem sui temporis ex testimonio fidelis enarrat.

At si haec anno circiter CD post Christum, quid millennio et ultra ante Christum fuisse eredemus? Idem ovium, gregum, armentorumque studium, Moysi quippe illie apud Iethrum degenti eredemus, idem et studium rapinarum et caedis; Iob enim fidem habebimus. Nihilominus et fides eadem stabit ubi et de regibus amicis suis philosophiae ac theologiae naturalis praecpta ferentibus dum colloquuntur enarrat. Ubi autem studia, illie et disciplinae, illie artes, illie divitiae. En igitur a Derserta in Petraeum et Felicem Arabiam deversus. Si in illa aedificiorum, ruderum, reliquiarum nihil, in hisce duabus certe deesse non poterant, quippe seimus in iis et regias arcis, et urbes et opes exstissemus. quas angebant quotannis commercia gentium exterarum, balsama, incensum, odoramenta pretiosissima inde quaerentium, fumum auro et argento lubentissime commutantium. Et quid si recordabimur Arabiae aurum praedicari veluti optimum atque purissimum, ita ut non indignum altari et oculis Dei haberetur? « Et dabitur ei de auro Arabiae » inquit Propheta. « Reges Arabum et Saba dona adducent ».

En altera quaestio, quae sponte assurgit, et quae non exili Minerva, sed pingui ventilanda est; quum enim de effusionibus, de ruderibus, de reliquiis Arabiae, quae vix nunc primum, quasi in crepusculo quodam ex alta nocte, innotescunt, enarrabimus, angustis Arabiae finibus, etsi tanta sit, non poterimus contineri, quippe regio haec manus suas in mare et vel ultra conterminum mare late porrexit, ex qua Saba Regina. Quae « audita fama Salomonis, in nomine Domini venit tentare eum in aenigmatis, et ingressa est Ierusalem multo cum comitatu... Dedit ergo regi CXX talenta auri, et aromata multa nimis, et gemmas pretiosas; non sunt allata ultra aromata tam multa quam ea, quae dedit regina Saba regi Salomoni » (1). Quae verba, si perpendas quo tempore scripta sint, proculdubio rem ipsam longe lateque amplificabunt, cum agatur de Salomone illo, cuius divitias et sapientiam nemo inter reges aequavit. At summa rei et caput in Sabae regno est, quum nomen Saba ita declinabilis Hebraeo sermone habeatur, ut locum pariter, virunque indicit, non minus, et fortasse magis quam feminam. Hinc quatuor inter se regiones de regina contendunt: Aethiopia Africana, quae et Abyssinia; iterum Aethiopia altera, quae media

(1) Cfr. *Regum* librum.

Arabiae et Abyssiniae dici posset; tertia post hanc Aethiopia, quae Arabia felix nuncupatur, at beatam eam Plinius appellat (2); quarta esset Petraea. Earum autem incolae primi et patriarchatu principes habentur in sacris libris huiusmodi: I^o « Filii Chus - (Camitae) - Saba et Hesila ». II^o « Dedi propitiationem Aegyptum, Aethiopiam et Sabam pro te ». III^o Iessan - (Abrahami nepos) - quoque genuit Saba et Dadan ». IV. « Filii Regma - (nepotis Chus) - Saba et Dadam ». Nostrum non est tantas compondere lites, praesertim cum Hebraicis litteris idem quod Saba, Seba, Sabaei continetur.

(Ad proximum numerum).

D. LASCARIS.

ANNALES.

Russici fines in Asia proferendi. — Bulgaram solemnia. — Macedoniae seditio. — Americana bella civilia.

VERUMNE est? Russiane, quae officium Mandchouriam derelinquendi subiit apud exteris gentes amissa late replevit Thibetanam provinciam sibi acquirens? Hunc enim nuntium magna omnium admiratione e Port-Arthur *Nory Kars* commentarius vulgavit, qui imo singulas foederis rationes indicavit. Quod si res ita plane se habeat, nullum profecto dubium quae natio inde gravissimo vulnere afficiatur. Russia enim, brevi tantum intervallo a finibus anglo-indicis divisa, sua omnia faciet quae latissime Imaos spectant, una cum perviis locis illis a Thibetana regione, in dorso montis porrecta, ad Gangeam vallem ducentibus; quam quidem rationem ipsi bellicae artis periti, qui omnia plures ac sedulo perpenderunt ut Russi facile in Indianum bellum inferrent, ne cogitarunt quidem umquam. Sed tamen res commenticium quidam redolet; nos itaque prinsquam animadversiones instituamus, foederi addi fidem ab iis, quibus est auctoritas, expectemus.

★

Certa nunc prosequamur; neque haec a Russia nos solvunt. Quae solemnis feries particeps a Bulgaria indictis, ut memorabile bellum an. MDCCCLXXVII in Turcas pugnatum commemoraretur, horum simultatem quandam excitavit, eoque magis quod Turearum gubernium eam frustra admonuisse dicitur de incommodo sibi venturo ob castrenses ludos - qui acti reapse sunt - fortium virorum ad Scipka res gestas renovantes, et procul dubio auctoritatibus sua obnoxios in regione illa sibi, nomine saltem, adhuc subiecta. Male insuper Turcae videbant copias tantas in Haemos congregari, armorumque exercitia, quasi virtutis Bulgarorum pedum equitumque captum experimentum.

★

Neque id iniuria; Macedoniae enim res ad peiora in dies ruunt, ita ut ob universae seditionis metum subsidiariae cohortes ad castra vocatae sint. Horror profecto animos perstringit, si illius provinciae statum consideremus; illie enim tumultus, caedes, incendia; quae in comprimenda - heu! - non minori ferocia Tur-

(2) Lib. V. c. XI. *Historiar.*: « Odoriferam illam ac divitem et beatae cognomine inclytam »; et iterum in lib. VI vocat incolas regionis Sabaeos « ditissimos sylvarum fertilitate odorefera, auri, metallis, agris irriguis, mellis cereaque proventu ».

earum milites utuntur. Itaque nec leges ullae, nec iudicia, nec omnino simulaecrum aliquod ac vestigium civitatis iam esse videntur, eoque est processum, ut eiusdem tribus princeps, Mustafa-Ferard-Agie nomine, una cum suis ad Mitrovitzam urbem aperte castramatus sit, minatus, nisi filius suus ob populationes captivus factus in libertatem vindicaretur, se igni urbem traditurum.

★

Quae quidem facinora ad civilia bella revocant, quibus australis America pessumdat.

In Haitiana republica quattuor rebellium milia agmen ad novas victorias agunt; in Venzuelana, dum Castro praeses una cum copiis suis Valentiam urbem ingreditur, seditiosi milites ferriviae pontes tum inter Valentiam et Caracas, tum inter Valentiam et portum Cabello destruunt, Castro ipsum prohibentes quominus regionis caput mareque assequatur. Itaque Mendoza, eorum imperator, ut Valentiam urbem obsidione cingat, contendit. Sed interea Angli, indignantibus frustra Venezuelanis, ad Patos urbem angliei imperii signa constituant...

PROPOPLICOLA.

PUBLICI PER ORBEM COETUS LEGIBUS FERENDIS.

In Anglica Africæ australis colonia lex de suffragio a gubernatoribus lata, liet plures oratores ei repugnaverint, approbata est.

In Graecia popularium legatorum coetus dimissus; comitia ad pridie kal. Decembr. indicta.

SCRIBA.

AENIGMATA

I.

Sum verbum? Veto te discedere, lector amice.
Sum nomen? Rutila vestio luce polum.

II.

Vox eadem magnam frugum designo parentem,
Quae gremio varias prodiga fundit opes.
Vox eadem signo civem, qui natus Athenis
Revera felix, teste Solone, fuit.

FR. PALATA.

Ex sociis, qui utriusque aenigmatis interpretationem ad commentarii moderatorem miserit intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet opus, cui titulus:

CATO

DE AGRICULTURA.

(Edidit KIEL Lipsiae ex off. Teubneriana).

Aenigmata an. V, n. XVI proposita his respondent:

1) Darius, Arius, Marius; - 2) Nemo, Omen.

Ea rite soluta miserunt:

Lad. Lud. Podobinski, *Cieszkowice*. — Ad. Huza, *Grybowa*. — Princ. Gordon, *Mancunio*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Aem. Gschwind. Sch. Piar., *Pragae*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Mich. Hagn, *Horsching*. — Fr. Sallares Sch. Piar., *Sabadeito*. — Rich. Malotta, *Briozozie*. — V. Hertel, *Menhusio*. — Coll. Scholarum Piarum *Stettae*. — Iul. Sernatinger, *Dresda*. — Lud. De Rubeis, *Igwio*. — Ad Skrzypkowski, *Swiencie*. — Petr. Garrone, *Pezzana ad Verecolas*. — Herm. Gini, *Aquis Taurinis*. — St. Figielksi, *Rypino*. — Ios. Walter, *Neo Eboraco*. — F. Arnori, *Mediolano*. — C. Perazzi, *Manatore in Indis*. — V. Starace, *Neapolit*. — E. Burg, *Argentorato*.

Sortitus est praemium

CAROLUS STEGMÜLLER,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:

LOLLIUS

SIVE

DE PROVECTA LATINITATE.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Paesi* Phil. Cuggiani.

Pre dieunt
quam
et cre
dispers
dam g
num l
fiant,
agatu
nium c
spatia
ad no
Qui i
pites,
tam l
lim, n
nam r
pulver
numq

ec leges ullae,
rum aliquod ac
ntur, eoque est
princeps, Mu-
cum suis ad
metatus sit, mi-
tiones captivus
se igni urbem

lia bella revo-
bessimatur.
rebellium mil-
gunt; in Vene-
na cum copiis
r, seditioni mi-
Valentiam et
portum Cabello
entes quominus
ar. Itaque Men-
tam urbem obsi-
rea Angli, indi-
ad Patos urbem
nt...

PROPOLICOLA.

M COETUS
DIS.

colonia lex de
et plures oratores

m coetus dimissus;
ndicta.

SCRIBA.

e, lector amice.
luce pulum.

signo parentem,
fundit opes.
natus Athenis
fuit.

FR. PALATA.
enigmatis inter-
i moderatorem
unus, sortitus,
ulus:

A.
Teubneriana).

his respondent:
Nemo, Omen.

Ad. Huza, Grybavia.
chenz, Ratisbona. —
Car. Stegmüller, Sa-
v. Sallarés Sch. Piar.
— V. Hertel, Men-
e. — Iul. Sernatinger,
Ad Skrzypkowski,
Vercetas. — Herm.
ppino. — Ios. Walter,
C. Perazzi, Man-
— E. Burg, Argen-

r,
II opus, cui titulus:
ITATE.
MPI, iurisperitus.
il. Cuggiani.

CONSTANTINI PISONI

MAGNA OFFICINA

CANDELIS VAPORE CONFICIENDIS

ab anno MDCCCLIII constituta

ROMAE IN ITALIA

CORSO VITTORIO EMANUELE 127-129
et Via de' Sediari 1, 2, 3

superiore

in stabili mercium ostentu Lutetiae Parisiorum constituto
aureum nomisma retulit,
eiusque possessor equestri dignitate est exornatus,
hie sic addita
praestantissimum hoc esse de re italicum opificium.

Cereas faculas ad noctem com-
parat templis et familiis necessa-
rias, plurimorum iudicio, qui per
orbem universum eas acquise-



runt, ex omni parte perfectas,
quippe quae parsimoniam cum vi-
vida luce, cum salubritate et mun-
ditie apprime coniungant.

Involucra habentur ad 50, 25, 12, 6 faculas apta.

Vitreæ ad faculas minimo pretio veneunt.

Ad publica solemnia faculae pecu-
liares suppeditantur.

Res per omnes orbis regiones nullo iubentium
impedio exportatur.

VARIA

Precariae stellae, temporanea sidera
dicuntur illa astra, quae certo in sidere num-
quam antea quum fuissent, repente appareant
et crescent splendore, vel talia persent, vel
dispercent omnino postquam quasi per quodam
gradus exiguiora facta sint. Apparitionum
huiusmodi certam causam, et modum, quo
fiant, afferre non possumus, cum de re saepe
agatur tam remota, ut lux, disurrentium om-
nium celerrime ruens, quovis namque momento
spatia trans 300.000 chilometrorum, ex inde
ad nos 100.000 an. superet intervallum.
Qui igitur in proxima luna haeremus anci-
pit, et mussamus incerti, quid exploratum de-
tam longinquis feremus? Illud autem mihi ve-
lim, ne quis subitanæ conflagrationi credat;
nam nisi constituatur illa sidera plena esse
pulveris pyrici, seu pyrogranorum, concedi
numquam potest repente conflagrare cum lu-

mine molem integrum, quae millies nostri solis
vinceret molem, quippe vel incendiis pyro-
granorum in tanto spatio, ut locis omnibus
potiretur, saeculum vix integrum satis esset.
Unde igitur tam praecips emicatio fulmine
ocoyor?

Ficta voluptatis causa sint proxima veris.

Laminae photographicae magno adjumento
fuerunt astronomis ut haec precaria astra
cognoscerent. Ad priscos quod attinet, Ticho
Brahe stellam huiusmodi in sidere Cassiopaea
vidit anno 1572; paulo post Keplerus alteram
in Ophiuco intercepti. Saeculum delapsum est
antequam nova appareret; at haec tertii gene-
ris erat. Adhuc in deteriorius est circa sae-
culi superioris dimidium. At an. 1886, Nova
appellata est, quae in Corona emicuit. An. 1876
quae in Cyano erat pallescere coepit donec ad
nebulosum quid redacta est. Anno 1883 nova
in Andromeda, at praecedentibus non compar.

Februario mense anno 1892 ab Auriga stella
evanuit, quam astronomi in lammis photogra-
phicis acceperant suis a m. Decembri an. 1891 ad
Januarium mensem an. 1892, et quia multieroma
et quasi procellosa videbatur conelatum est
ortam fuisse ex collisione in aliam, ac proinde
conflagrasse horribiliter. Attamen ut de errore
scrantes faceret certiores, Augusto mense
eiusdem anni rursus et potentius coruscavit,
nebulosae tamen induta faciem et sensim de-
ficiens anno 1899 prorsus delituit. Eodem fato
visae sunt in Norma (1893), in Centauro (1895),
in Sagittario (1898), in Aquila (1900), in Per-
seo denique hoc ipso anno 1902 mense Februa-
rio. Et quae stella superiore nocte non erat,
sic repente coruscavit sequenti, ut princeps
toto in caelo haberetur; at lux de nocte in
noctem debilior languescens, quae sunt rebus
omnibus ultima, perpessa est. Quid latet in
hunc stellis precariis? Quid ostenditur? Suc-
cendentur rursus, aut aeternum tacebunt ex-
stinctae?... Ubinam erant antequam confa-
grarent?... Quo tenebris obvolutae migra-
bunt?... Quis dicit haec inscio naturae auctore
et dispositore fieri?... Et, si conscio, quaenam
est coram eo, iustitia aeterna iubente, causa
tam immanis excidii, quo miriades miriadum
existentium, viventium, uno nutu, hora brevi,
intra diem indeprecabiliter flammis obssessae,
absortae, consumptae sunt?... Numquid idem
manet exitus nostrum orbem, solem nostrum,
et, quot cum eo abeunt, astra minora?...

loci.

Lingua? Caput!

Mahumetanus dynastes ita facie deformis
erat, ut regiae praefectus domui speculis omni-
bus in palatio bellum indixerit, ne semet
princeps in illis respicie propria deformitate
tristaretur. Casu accidit ut recreationis causa
proficisciens, una autem praefectus erat cum
domino, nobilis princeps receptus fuerit hospitio
ab opulentissimo viro. Ingreditur conclave...
Pro dolor! Singuli parietes integro speculo
in cubiculo constituti regi constabant. Contem-
platur se rex, et proprii vultus turpitudine
percusus pallere coepit, taedere sui, moereri.
Intrat salutarius de more praefectus, principe
sumum videt sedentem, squalentem, triste-
stem. Causam rei noseit, et in lacrymas lamenta-
tionesque stratus humi prorumpit. Tum prin-
ceps praesto gementi est, manum porrigit,
suadere conatur; quae nefas corrigere est,
patientia leviora fieri, dicebat. At praefectus:
— Tu quidem haec dicere potes et consolari te
vales, quia te in hoc speculo semel vidisti; at
ego, qui te non in speculo, sed in ipso vultu
septuages quotidie video, consolari me quo-
modo possum?.... Dicitur, in sua rex ubi redit,
mordentem praefectum orbasse oculis, ne quo-
tidie tristaretur in posterum.

Venatoriaæ aemulationis compositio.

Anglus et Scotus, venator ille, hic piscator,
egregii ambo, apud nobilem virum una cum
aliis convivae erant. Sermo in rem venaticam,
casusque venationum illatus est. Tum Anglus
profitetur tigriderem occidisse octo pedes lon-
gam, paulo minus altam. Tacuere omnes, gravi
silentio argentes de mendacio gloriosum. Scotus
paulo post silentia rumpens fatetur se hamo
piscasse salmonem quatuor chilogrammarum
millia pondo aequantem. Sensit se morsum An-
glus, et e vestigio, insalutato hospite, mediis
a dapibus abiit. Tunc herus in Scotum: — At-
qui hospitem offendisti nostrum; tu igitur ad
eum ibis veniam et excusationem petiturus. —
Minime gentium, — respondit Scotus, — nec eum,
nec quemquam offendit; narravi. — Offendisti,
subsumit herus, incredibili illo piscati pisces
pondere... — Si, — Scotus ait, — nihil aliud sit
praeter hoc, mitte pauperum qui revocet, conci-
liabimus omnia facilime inter nos. Ille suo
tigri prout detrahet pedem vel pedes, ego pa-
riter pisci meo chilogrammata mille, vel chi-
logrammatum millia detraham.

Conciliantissimo homini plausere omnes, et
conditiones restituendae pacis optimas com-
probarunt.

P. d. V.

Ciapponi Franciscus et Soc.

OFFICINA

ANAGLYPTIS, GEMMIS CONCHISQUE CAELANDIS

PRAESERTIM IN REDDENDIS FIGURIS
PHOTOGRAPHICE EXPRESSIS

TEMPERANTIA IN PRETIO — DILIGENTIA IN OPERE

ROMAE — VIA SISTINA, 129 — ROMAE

LIBER (vulgo "ALBUM")

 praecipua Urbis referens, pulchritudine insignis atque, commentarii *Vox Urbis* moderatore iubente, expresse conflatus, apud eumdem commentarii administratorem, ROMAE, VIA ALESSANDRINA, 87, ven. lib. 1.50.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

ROMAE — Via Alessandrina, 87

PROSPECTUS NOVAE SUBNOTATIONIS A KAL. IULIIS USQUE AD EXPLETUM ANNUM MCMII.

(Vid. in secunda operculi pagina).

FIGURAE URBIS ROMAE

ARTE PHOTOGRAPHICA EXPRESSAE

COLLECTIONES VARIAE ET NUMERO ET PRETIO

Veneunt apud comm. VOX URBIS Administratorem.

URBIS E IANICULO MONTE PROSPECTUS

(m. 1.10 X 0.24)

qui sociis commentarii VOX URBIS dono datus est,

venit singillatim L. 2.50

apud comm. VOX URBIS Administratorem.

SI QVIS PLURA REQUISIVERIT HUIUS PROSPECTUS EXEMPLARIA
EA MINORI ACCIPIET PRETIO.

Sociis qui in Nordica America versantur vehementer commendamus quod a Sodalibus Carmelitis novissime institutum est ac regitur

COLLEGIUM SANCTI CYRILLI

ad liberalem eamdemque Christianam et nostrae aetati aptam institutionem iuvenibus comparandam.

Prospectus studiorum et regularum, quae collegium moderantur, petatur ab ipsius Collegii Preside, 6413 Star Avenue (Woodlawn) — Chicago, Illinois.

LE LAUDI LATINE E IL CANTICO DEL SOLE

DI

S. FRANCESCO D'ASSISI

S. Maria degli Angeli, presso Assisi, tip. della Porziuncula, 1897

Hoc libello praeter venustam praefatiunculam a Paulo Sabatier, viro rei longe peritissimo, conscriptam, continentur *laudes latinae* cum interpretatione italica, *Canticum Solis*, neenon illa *Speculi perfectionis* capita, quae *Cantici* originem exponunt, aliaque permulta. Libellum, quem proxime ali subsequentur ad parvam *Bibliothecam Franciscanam* comparandam, Iulius Salyadori, litteris tradendis doctor egregius, maxima edidit cura. Romae apud commentarii *Vox Urbis* Administratorem venit L. 0.50, in pauperum levamen.

PHILIPPUS VITI Eques

MARMORARIUS

ROMAE - Via Alessandrina N. 51, 52 - ROMAE

Affabre sculpit quae sunt ad simulacra, altaria, sacella, aediculas, uti patet ex operibus erectis aut refectis in Basilica Lateranensi, Liberiana, Laurentiana extra muros, Transtiberina, Eudoxiana, etc.